



**Cambridge International Examinations**  
Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate

**LATIN**

**9788/03**

Paper 3 Unseen Translation

**May/June 2014**

**2 hours**

Additional Materials: Answer Booklet/Paper



**READ THESE INSTRUCTIONS FIRST**

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.

Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.

Write in dark blue or black pen.

Do not use staples, paper clips, glue or correction fluid.

**DO NOT WRITE IN ANY BARCODES.**

Answer **both** questions.

Write your translations on alternate lines.

At the end of the examination, fasten all your work securely together.

The number of marks is given in brackets [ ] at the end of each question or part question.

---

This document consists of **3** printed pages and **1** blank page.

- 1 Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

*The consul Cicero warns his fellow senators of the dangers posed by Catiline and his fellow conspirators. He urges Catiline to leave Rome.*

ut saepe homines aegri morbo gravi cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam biberunt, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur, sic hic morbus, qui est in re publica, relevatus istius poena vehementius reliquis vivis ingravescet. quare secedant inprobi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur, muro denique, id quod saepe iam dixi, secernantur a nobis; desinant insidiari domi suaे consuli, obsidere cum gladiis curiam, faces ad inflammmandam urbem comparare; sit denique inscriptum in fronte unius cuiusque, quid de re publica sentiat. polliceor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, ut Catilinae profectione omnia patefacta, oppressa, vindicata esse videatis. his omnibus, Catilina, cum summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioque iunxerunt, proficisci ad impium bellum ac nefarium.

(Cicero, *In Catilinam* i. 31–33, with omissions)

*ut...sic:* just as...so  
*febris, -is (f):* fever  
*secerno, -ere:* I separate, I dissociate  
*fax, facis (f):* torch  
*patres conscripti* (m.pl.): senators  
*vindico, -are:* I punish  
*pernicious, -ei (f):* destruction, ruin  
*parricidium, -i (n):* murder

[45+5 for Style and Fluency]

[Total: 50]

- 2 (a) Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

*Tibullus imagines himself outside the door of his girlfriend's house trying to gain entry. He first addresses the door itself and then urges Delia, his girlfriend, to be bold in deceiving her husband. He describes how Venus teaches girls like Delia.*

<p>nam <u>posita</u> est nostrae custodia saeva puellae,              clauditur et dura ianua firma <u>sera</u>.              ianua difficilis domini, te <u>verberet</u> imber,                  te lovis imperio fulmina missa petant.              ianua, iam pateas uni mihi, victa querelis,                  neu furtim verso <u>cardine</u> aperta sones.              et mala siqua tibi dixit dementia nostra,                  ignoscas: capiti sint precor illa meo.              tu quoque ne timide custodes, Delia, falle.                  audendum est: fortis adiuvat ipsa Venus.              illa <u>docet</u> molli furtim <u>derepere</u> lecto,                  illa pedem nullo ponere posse sono,              illa viro <u>coram</u> <u>nutus</u> conferre loquaces                  blandaque compositis <u>abdere</u> verba <u>notis</u>.              nec docet hoc omnes, sed quos nec inertia tardat                  nec vetat obscura surgere nocte timor.</p>	<p>1 2</p>
---	----------------

[Tibullus, I. 2. 5–24, with omissions]

*pono, ponere (+ dat.): I set over  
 sera, -ae (f): bolt, bar  
 verbero, -are: I beat, I lash down upon  
 cardo, -inis (m): hinge  
 doceo, -ere (here + inf.) : I teach how to  
 derepo, -ere: I creep down  
 coram (+ abl.): in the presence of  
 nutus, -us (m): nod  
 abdo, -ere: I hide  
 nota, -ae (f): signal*

[45]

- (b) Scan lines 1–2 (*nam posita...sera*) marking in the quantities, divisions between feet and main caesurae. [5]

[Total: 50]

**BLANK PAGE**

---

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.